men, et adminiſtrationem domorum, et Collegiorum iuuare, et promouere ſolent, cuiuſmodi ſunt in generalibus congregationibus, qui ex diuerſis prouincijs conueniunt, in vniuerſali autem totius Societatis adminiſtratione Generalis Prepoſitus cum ſuis Aſſiſtentibus, in rebus verò, et negocijs domorum, et Collegiorum tractandis, Præpoſiti, aut Rectores, vel Viceprepoſiti, aut Vicerectores, Miniſtri, Conſultores, et Procuratores, ſeruato in eiuſmodi congregationibus peculiari, ac proprio dictę Societatis procedendi modo, conceſſa eſſe intelligantur: ac eo modo per Præpoſitum, et Societatem huiuſmodi in quibuſcunque domibus, Collegiis, et locis vbique terrarum obſeruari, et ad praxim, ac vſum plenè et perfectê, ac validê deduci, et deferri valeant. &c. Hoc Breue authenticum habetur in Archiuo Sancti Auguſtini de Mexico.

¶ Hæc conceſſio et communicatio notanda eſt, cui addit Collector priuilegiorum Societatis vbi ſupra, ꝙ Superiores poterunt hãc communicationem concedere Nouitiis ſicut et ceteris. Et Doctor Enriquez. To. 1. lib. 7. de Indulgentiis cap. 19. num. 6. dicit Nouitios eiſdem Indulgentiis frui poſſe quibus gaudent

pro-